

ribus. q. de Confessione. art. 5. difficil. 6.
quem sequitur Doctissimus Gutierrez in
qq. Canonic. cap. 13. nu. 26. & 27. Et Pater
Emanuel in Explicatione Bullæ. §. 9. nu.
70. & refert Quirogam Archiepiscopum
Toletanum generalemq; Inquisitorem facta
consultatione cum Episcopis in Concilio
Tolet. anni 1583. ita dixisse. Pro huius rei
intelligentia aduertendum est excommunicati
Doctorum sententia, q; crimen tripliciter
dicitur occultum. Vno modo omnino occul-
tum, scilicet quod non est probabile suapte
natura, qualia sunt sola mentalia. Secundo
dicitur occultum per accidens, quod est pro-
babile suapte natura, quia exterius perpetra-
tum, sed probari non potest nisi per solam
confessionem delinquentis, quia nemine pre-
sente tale delictum vel facinus fuit com-
missum, pronunciatum ve exterius. Tertio
dicitur occultum quod probari quidē potest,
sed adeò paucis, quod nulla inde fama orta
est, nec est in iudicium deductum, quod Doc-
tores pene occultum, vel fere occultum ap-
pellant: de quo Narr. in Manu. Lat. cap. 27
nu. 255. & Ioannes Gutierrez. qq. Canoni-
cis lib. 1. cap. 13. num. 27. & 28. Dicunt se-